



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10 Vtrum Angelis possint agere in hæc inferiora.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ter intelligere successione[m], & tempus per aliquē modum, eo quod termini cuiuslibet motus sunt sibi oppositi inuicem & incontinentes, ut patet in 1. phisic. Vnde oportet quod omne mobile intelligatur esse primum in vno termino motus, & posterius in altero, & sic sequitur successio, sed trāfire de vno termino ad alterum i motibus corporalibus contingit dupliciter. Vno modo, sicut de instanti in instanti, hoc autem esse non potest, nisi quando sunt tales termini motus, inter quos est accipere aliquo modo medium, sicut inter duo instantia est tempus medium, ut patet in loci mutatione, & alteratione, augmento, aut diminutione, & hi motus dicuntur continui propter continuitatem eius super quod transit motus, cuius est plus & minus accipere. Alio modo, transitur de vno termino motus in alium, sicut de tempore in instans, & hoc accidit in motibus, quorum termini sunt privatio & forma, inter quā constat medium non esse: vnde nō potest sic transiri de uno extremo in alterum, ut quandoque in neutro extremo sit, sicut transitur de instanti in instans, ita quod in neutro est instantium: sed in medio tempore, & huiusmodi, motus sunt generatio, & corruptio, & illuminatio, & huiusmodi, in quibus oportet dicere, quod unus terminus erat in toto tempore præcedente, & alius in instanti ad quod tempus terminatur: huiusmodi autem mutationes sunt termini motus cuiusdam, sicut illuminatio dici est terminus motus localis soli, unde in toto tempore præcedente, quo sol mouetur ad punctū directe oppositionis, erant tenebræ: in ipso vero instanti quo peruenit ad punctum prædictum, est lumen: & similiter est de generatione & corruptione, que sunt termini alterationis. Et quia inter tempus & instans non cadit aliquod medium, nec est aliquod instans accipere immediate præcedens d ultimum temporis, inde est, quod in huiusmodi mutationibus absque omni medio transitur de uno extremo in aliud, nec est accipere ultimum tempus in quo fuerit in termino a quo, sed ultimum tempus quod terminatur ad instans, in quo est in termino ad quem, & ideo huiusmodi mutationes instantaneæ dicuntur. Hoc autem dici nō potest in motu angeli, eo quod nullum ordinem habet ad aliquem motum continuum, ut possit dici terminus eius, unde oportet ponere quod intelligatur transire de termino motus in terminum motus, sicut transitur de instanti in instans, & non sicut transitur de tempore in instans, eo quod tempus non potest intelligi sine motu: unde cum esse angeli in termino a quo a nullo motu dependeat, nō potest dici quod sit ibi in tempore, sed in quodā nunc, & similiter in termino ad quem eū alio nūc: sed huiusmodi nunc non sunt termini huiusmodi temporis, quod est numerus motus cæli, eo quā motus angeli nullo modo dependet a motu cæli, ut eius numero mensuretur: nec oportet ea cōtinuari per medium tempus. Continuitas enim temporis sequitur continuitatem motus, & continuitas motus sequit cōtinuitatē magnitudinis sup q̄ trāsit motus, ut hētur i 4. Phisic. sed i ipsis operationibus angeli, rōne quartū dī moueri p̄ diuersa loca, nō ē inuenire aliq̄ cōtinuitatē, sed cōst̄ quērer̄ se hēnt, ut & nūc q̄ mēsurat̄ motum angeli sūt cōsequēter se hēntia, & nō est inter ea aliqd̄ cōtinuās, & ipsa pluralitas sic se cōsequētiū est q̄ddā tēpus, in quo dicimus angelū moueri, & hoc cōsonat̄ dicti phil. ubi dicit, qd̄ eiusdē rōnis est indiuisibile mo

Tex. c. 64.

D. 744.

Tex. c. 99.

D. 118.

ueri, & tempus componi ex nunc.
AD PRIMVM ergo dicendum, quod non requiritur tempus in motu angeli propter distantiam, sed propter incontinentiam terminorum, quia si non contingit angelum esse in duob. locis simul.
AD SECVNDVM Dicendum, quod successio motus non solum sequitur diuisionem mobilis, sed etiam eius, super quod transit motus: quia secundū prius & posterius in magnitudine est prius & posterius in motu, ut dicitur in 4. Phisic. Licet ergo angelus sit indiuisibilis, tamen loca, secundum quæ moueri dī, sunt diuisa ad inuicem: & ideo oportet in motu eius intelligi aliquam diuisionem.
AD TERTIVM Dicendum, quod quamuis non impediat aliquod plenum angelum in suo motu, tamen propter rationem iam dictam, oportet in motu eius intelligi diuersa nuncratio autem Philosophi est magis ducens ad impossibile quā ostē sua, ut Commentator ibidem dicit.

ARTICVLVS X.

Utrum angeli possint agere in hæc corpora inferiora:

Circa quintū sic proceditur. Videtur, quod angeli non possint agere in hæc corpora inferiora. Actio enim non potest nisi inter ea quæ habent aliquam cōuenientiam ad inuicem: sed angelus nō habet cōuenientiam cum istis corporibus, cum corruptibilem & incorruptibilem etiam genus non sit vnum, ut dī in 10. meta. ergo angeli in hæc corpora non possunt agere.

¶ 2 Præ. Si agunt angeli in hæc corpora, aut agūt imperium, aut per influxum. Si per imperiū, æqualiter agere possunt in propinqua, & in distantia, qd̄ est contra Damā, qui dicit, quod ubi operantur ibi sunt. Si vero per influxū, oportet quod illud quod influunt per medium transeat: medium autem corporale non est receptiuum spiritualis impressionis. ergo nullo modo possunt angeli agere in hæc inferiora corpora neque in animas nostras.
¶ 3 Præ. Non possunt dici agere, vel influere, sicut fons influit riuo, ut idem numero quod prius est in angelo, post modum in his inferioribus fiat, quia sic in agendo aliquid amitteret: nec iterum illud quod in his inferioribus recipi dī per eorum influxum creando, quia angeli creatores non sunt: nec iterum educendo de potentia in actum, quia ad hoc natura sufficit. ergo angeli nullo modo in inferiora agunt.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 3. de Trinitate, quod ea quæ diuinitus in corporalibus fiunt, mini sterio angelorum fiunt. Greg. etiam dicit in 4. dial. quod omnia corporalia per spirituales substantias administrantur.

RESPON. Dicendum, quod de actione angelorū in hæc inferiora corpora duplex est opinio apud philosophos. Commentator. n. vult in 10. meta. quod substantiæ spirituales non possunt imprimere in hæc inferiora corpora, nisi mediantib. corporib. celestibus, que a substantijs incorporeis mouētur, secundum philosophos. Auic. vero vult. i sua meta. & 16. de naturalibus, qd̄ dupliciter imprimunt in hæc inferiora. Vno modo, per motū orbium: & alio modo per imperium immediate, quia formæ intellectus eorum sunt factiue secundum eum, & materia sensibilis obedit eorum conceptionibus, plusquā quibuslibet qualitatibus actiuis & passiuis: & exinde est factum quod in istis inferioribus fiunt aliqua transformationes

mutaciones quandoque ex conceptionibus superiorum substantiarum prater totum ordinem causarum naturalium. Sed hac opinio secunda repugnat dictis Aug. in 3. de tri. ubi dicitur quod angelis non d'feruit ad natum materia corporalis. Repugnat etiam rationi, quia quamuis quod est potentia in materia sit actu in substantiis, multo nobilius tamen materia corporalis non est proportionata potentia respectu talis actus, quo substantie spirituales in actu sunt. Oportet autem agens quod educit de potentia in actum, esse materie proportionatum: unde non potest esse quod virtus substantie spiritualis creata: se extendat ad materie transmutationem immediate, sed mediante aliquo agente naturali. Quamuis n. ci non obediat corporalis materia ad formalem transmutationem, immediate tamen obedit ei localiter ad motum localem, & per hanc uirtutem possunt congregare & circumponere aliqua agentia naturalia ad aliquem effectum perficiendum. Ea uero ad que nulla uirtus naturalis se extendit, sunt sola diuina uirtute, que sola potest naturalem ordinem immutare: sed quia mentes nostras sunt proportionata & propinqua ad recipiendum actionem angelorum, ideo in mentes nostras agere possunt dupliciter. Vno modo, confortando intellectum nostrum, sicut in corporalibus minus calidum confortatur per magis calidum. Alio modo, per agens naturale ipsius intellectus, sicut etiam agit in corpora, & hoc est in quantum lumine angelico illustrantur phantasmata ad quas nobiliores conceptiones imprimendas, quod lumine intellectus agentis exprimi possent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod angeli habent conuenientiam cum istis inferioribus corporibus, que est conuenientia momentis ad motum: possunt n. mouere motu locali corpora, non solum illa caelestia immediate, sed et haec inferiora, ut sic sententia nostra de actioe angelorum in corpora, sit media inter duas opiniones philosophorum predictas.

AD SECVNDVM dicendum, quod angelus agit in haec corpora mouendo ea localiter per imperium: sed imperium non dicitur hic sine uirtute actiua, quam oportet aliquo modo contingere corpus motum, cum mouens, & motum oporteat esse simulum, ut probatur in 7. Physicorum. Actio uero qua in luce dicitur in animam nostram, confortando eam ad intelligendum, non oportet quod transeat per medium corporale, quia hoc facit in spiritualibus ordo, quod in corporalibus situs, secundum Aug. Anima uero nostre ordine natura: quasi contingantur ipsis angelis, sicut angelus inferiori superiori, unde non oportet quod interueniat medium corporale.

AD TERTIVM dicendum, quod angeli neque in anima, neque in natura corporali aliquid creant, sed solum educunt de potentia in actum, & quamuis naturale agens de potentia in actum educere possit, non tamen ita perfecte, sicut angelus.

QVAE S T I O

DEINDE quaeritur de his, quae pertinent ad homines.

- ¶ Primo, Quantum ad naturam.
- ¶ Secundo, Quantum ad gratiam.
- ¶ Tertio, Quantum ad culpam.
- ¶ Quarto, Quantum ad gloriam.
- ¶ Quantum ad naturam quaeruntur duo.
- ¶ Primo, Vtrum uegetabilis & sensibilis anima sit

A a creatione.
¶ Secundo, Vtrum imperare sit actus uoluntatis, uel rationis.

ARTICVLVS XI.

Vtrum anima uegetabilis, & sensibilis educantur in esse per creationem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod anima uegetabilis & sensibilis educantur in esse per creationem. Vt n. dicit Aug. in lib. de uera religione. Substantia uiuens naturae ordine praefertur substantiae non uiuenti: sed anima sensibilis & uegetabilis sunt substantiae uiuentes, ergo sunt nobiliores omnibus substantiis non uiuentibus: alique autem substantiae non uiuentes sunt immediate a Deo creatae, ut elementa huius mundi, ergo & anima sensibilis, & uegetabilis immediate a Deo creantur, cum nobilitas facientis demonstrat nobilitatem facti.
¶ 2. Praeterea. Omne cui proprie competit fieri, uel sit ex nihilo, uel sit ex aliquo: sed anima uegetabilis, uel sensibilis competit proprie fieri, ergo cum non fiat ex aliquo, quia non habent materiam partem sui, relinquuntur quod fiant ex nihilo, & sic excutuntur in esse per creationem. Probatio media. Omne quod proprie habet esse, si non semper fuit, proprie dicitur fieri: sed anima sensibilis proprie & uere habet esse, cum sit substantia operans, mouet enim corpus, nihil autem habet propriam operationem nisi quod habet proprium esse, ergo cum anima sensibilis huius aetatis non semper fuerit, proprie competit ei fieri, & sic restat quod creetur.

SED CONTRA est, quod philo. dicit in 2. de anima, quod sensitiui prima mutatio sit a generante. Prima autem mutatio sensitiui est secundum quam acquiritur actum primum, qui est anima sensitiua, ergo fit per generationem, & non per creationem.
¶ 2. Praeterea. Omne illud quod praecedit in semine hominis ante introductionem animae rationalis, est per generationem, & non per creationem: sed anima uegetabilis & sensibilis praecedunt in semine hominis, quia primum est unum quam animal, & animal quod homo, secundum Philosophum 16. de animalibus, ergo etiam in homine est anima sensibilis & uegetabilis per generationem.

¶ 3. Praeterea. Cum Deus in instanti operetur, natura uero successiue, omne illud quod per actionem suae cessiuam exit in esse, est ab aliquo agente naturali: sed anima sensibilis & uegetabilis producantur actione successiua, quia determinato spatio temporis uiuificatur conceptus, & sensificatur, ergo anima sensibilis & uegetabilis sunt a naturali agente & non per creationem.

RESPON. Dicendum, quod circa haec questionem est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam sensibilem & uegetabilem esse ex creatione. Alii uero ex traduce, & hac diuersitas apud phil. inuenitur non solum de istis animabus, sed etiam de omnibus formis substantialibus. Quidam n. ut Plato & Auicenna, posuerunt omnes formas ab extrinseco esse, qui praecipue ex duobus mouebantur. Primo quidem, quia cum formae non habeant materiam partem sui, non possunt fieri ex nihilo, unde oportet quod a creatore fiant. Secundo, quia in rebus inferioribus non uidebantur principia actionis, nisi qualitates actiuae & passiuas, quas iudicabant insufficientes ad productionem formarum substantialium, cum nihil agat uel tra sua spem. Sed in hoc uidetur fuisse decepti, quia attri-

Art. 4. 216
ad. 3. 4. &
1. p. q. 11. ar.
1. 0. & p. q. 3.
ar. 2. 0.

Te. com. 59.

D. 123.

D. 126.

Te. com. 11.